

España. Real Audiencia de Barcelona

**Admodum Excellentissimus dominus Locumt.
Generalis, &c. Visa supplicationes per Ioannem
Gomis, & Maginum Fexes passamanerios, &
examinatores officii passamaneriorum Barcinonae
oblata cu[m] qua supplicarunt ad Regiam
Audientiam evocari causam querele tunc
vertentem in Curia Vicarii Barcinonae ..**

[Barcelona? : s.n., p. 1569].

Vol. encuadernado con 26 obras

Signatura: FEV-AV-M-04356 (01)

La obra reproducida forma parte de la colección de la Biblioteca del Banco de España y ha sido escaneada dentro de su proyecto de digitalización

<http://www.bde.es/bde/es/secciones/servicios/Profesionales/Biblioteca/Biblioteca.html>

Aviso legal

Se permite la utilización total o parcial de esta copia digital para fines sin ánimo de lucro siempre y cuando se cite la fuente

Handwritten red markings, possibly a large 'X' or '11'.

Handwritten blue markings, possibly a date or number.

Faint handwritten text, possibly a signature or date.



Ex libris
Jesús Rodríguez Salmones

Es propiedad
del

FEV-AV-M-04356

C.B. 6000000207502(1)

C.B. 6000000207755(26)

S. D. Magin Plana

900

Barbino



[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]



Christi nomine humiliter inuocato.



ADMODVM Excellentissimus dominus Locumt. Generalis, &c. Visa supplicatione per Ioannem Gomis, & Maginum Fexes passamanerios, & examinadores officij passamaneriorum Barcinonæ oblata, cū qua supplicarunt ad Regiam Audientiam evocari causam querele tunc vertentem in Curia Vicarij Barcinonæ inter dictos examinadores ex vna, & mercerios cinterios, corregerios Barcinonæ, & eorum Confratrium ex altera parte prætereaque agitur de viribus, & obseruantia Regij priuilegij dictis passamanerijs concessi, & illam committi alicui ex Magnificis Doctoribus Regij Consilij pro vt latius in illa continetur ad quam fit relatio, viso cartello inhibitorio cum illius executione, visa scedula per dictos Gomis, & Fexes oblata, cum qua loco libelli petitionis, & demandæ exhibendo, & producendo dictam querelam, & alia acta peccerunt illa inferi, pro vt latius in illa continetur ad quam fit relatio, visa dicta querela, cum qua ex causis, & rationibus in illa contentis, & pro obseruantia dicti priuilegij petijt declarari eosdem mercerios, & alios contrafacientes facere non posse res ipsis prohibitas, & dictis passamanerijs cum dicto Regio priuilegio permissas, pro vt latius in illa continetur ad quam fit relatio, visa declaratione contentionis iurisdictionis orte inter Consilium ciuile, & criminale super causis quæ vertebantur inter dictas partes, visis supplicationibus per Antonium Robinat vt Syndicum Confratriæ Sancti Iuliani oblati, cum quibus supplicauit casum executionis, & pignora menta instantibus dictis examinadoribus passamaneriorum, & sine interuentione

A

proce-



procerum, & contra aliquos Confratres dictę Confratrię Sancti Iuliani facta vt attentata, seu innouata reuocari, pro vt latius in illa continetur, visa potestate dicti Rubinat Syndici eiusdem Confratrię, visa altera potestate dicti Rubinat procuratoris Ioannis Texidor, Benedicti Rahic, & Ioannis Belluer merceriorum dictę Ciuitatis Barcinonę, visis articulis tam primo, quam secundo loco pro parte dictorum passamaneriorū oblati, visis supplicationibus dictorum passamaneriorum, cū quibus respectiuè ex causis, & rationibus in illa contentis petitum fuit tunc Consiliarijs præsentis Ciuitatis inhiberi ne in præiudicium huius litis quicquid innouarent, visis articulis pro parte dictę Confratrię Sancti Iuliani oblati, visis dilationibus ad probandum concessis, visa potestate Hieronymi Carmona passamanerij procuratoris dictorum Gomis, & Fexes, visa provisione in præsentis causa decima quinta Maij anni millesimi quingentesimi sexagesimi noni facta, qua fuit dictis Consiliarijs Barcinonę assignatum ad dicendum cur supplicata contra eos fieri non deberent, visa executione dictę provisionis, visa supplicatione pro parte dictorum passamaneriorum oblata, cum qua fuit petitum contra dictos Consiliarios procedi, & dictos Fexes, & Carmona à carceribus in quibus detinebãtur de mandato dictorum Consiliarios liberari, ac pignora ipsis examinatorebus restitui, pro vt latius in illa continetur, visa informatione super eadem supplicatione recepta, visa supplicatione per Syndicum dictę Ciuitatis, & eo nomine oblata, qua supplicatur causam prædictam dictis Consiliarijs remitti. visa potestate prædicti Syndici, viso Regio priuilegio per Catholicū Regem Ferdinandum Secūdum eidem Ciuitati, & eius Consiliarijs, & probis hominibus concessio, viso instrumento concordie transactionis, & auinentiæ inter dictas partes interuenientibus tunc Consiliarijs dictę Ciuitatis, & dictarū partium aduocatis facta, visa supplicatione per dictum Carmona dicto nomine oblata, cum qua supplicauit ex causis, & rationibus in illa contentis super molestationibus, & vexationibus per dictos Consiliarios dicto officio passamaneriorum factis prouideri, ac illis inhiberi, visa informatione super contentis in dicta supplica-

plicatione recepta, visis quibusdam actis per dictum Rubinat dicto nomine super examinatione quorundam passamaneriorum oblati, visa potestate dicti Carmona Syndici dicti officij passamaneriorum, visa potestate Fráncisci Costa causidici Barcinonæ substituti per dictum Carmona dicto nomine, visa supplicatione per dictum Costa dicto nomine oblata, cum qua etiam petijt eandem pactionem, transactionem, & concordiam obseruari, visa prouisione in præsentí causa vigesima secunda Decembris prædicti anni facta, qua fuit vtrique parti concessa dilatio probatoria, visis responsionibus per Antonium Fexes, Ioannem Foix, Ioannem Gomis, & Maginum Fexes vt examinatores dicti officij passamaneriorum articulis dictæ Confratriæ Sancti Iuliani respectiuè factis, visis etiam responsionibus per Petrum Torres, Gabrielem Bar, & Ioannem Serras vt proceres dictæ Confratriæ articulis agentium factis, visis inquam responsionibus per Ioannem Texidor botigerium telarum dictis articulis passamaneriorum factis vna cum Ioanne Belluer mercerio, visis testium depositionibus, visa dictorum testium publicatione, visis articulis obiectionis per dictum Rubinat dicto nomine oblati, visa dilatione ad probandum concessa, visa contradictione dictis articulis facta, viso priuilegio per suam Magestatem Regis nostri tunc Principis Ampuriarum, & Gerundæ, & Gubernatoris Generalis Regnorum Coronæ Aragonum eidem officio passamaneriorum Barcinonæ concessa, visa prouisione in præsentí causa vigesima Septembris anni millesimi quingentesimi septuagesimi facta admittendo aliquos ex dictis articulis ad probandum, visis etiam articulis obiectionis dictorum passamaneriorum, visis inquam alijs articulis per dictum Rubinat dicto nomine oblati, visis testium depositionibus super dictis articulis obiectionis receptis, visa dictorum testium publicatione, visa copia Inquisitionis in Regio Consilio criminali instante Syndico dictæ Confratriæ contra Nicolaum Gine, Maginum Fexes, & alios factæ, visis quibusdam actis per dictum Rubinat dicto nomine productis super electione, seu creatione examinerum dicti officij passamaneriorum alias facta, visa supplicatione per dictum Rubinat dicto

nomine oblata, cum qua in effectu supplicauit in integrum re-
stitutionem eidem Confratriæ Sancti Iuliani impartiri aduer-
sus dictarum partium concordiam, & transactionem, visa pro-
uisione in præfenti causa vigesima septima Februtrij anni mil-
lesimi quingentesimi septuagesimi quarti facta, cum qua super
allegatis attentatis prouisum fuit in diffinitiuâ sententia habenda
in fore rationem, visa prouisione denuntiationis processus hu-
iusmodi inter causas maiores facta, visa supplicatione per di-
ctum Costa dicto nomine oblata, cum qua petijt aliquem ex
Magnificis Doctoribus Regij Consilij in conrelatorem assi-
gnari in præfenti causa cum sit maior quingentarum librarum,
& processus esset denuntiatuſ, visa assignatione conrelatoris de
persona Petri Balle Doctoris Regij Consilij facta, visis punctis
seu dubijs pro præfenti causa traditis, viso processu in Regia
Audientia referenteque Raphaele Miralles, & postea Magni-
fico Michaele Terça, & tandem Antonio Nagrell Relatore hu-
ius cause inter Sombrarerios, & dictam Confratriam S. Iuliani
ex vna, & officium dictorum passamaneriorum parte ex altera
ducte, visis assignationibus ad sententiam, & signanter assigna-
tione ad præfentem diem facta, ad quam cauthelam iterum assi-
gnat, viso toto præfenti processu, visis deniq; videndis sacrosan-
ctis Euangelijs corâ propositis, & illis reueretè inspectis facta
relatione in Regia per dictos Antoniũ Nagrell Relatorem, &
Petrũ Balle Conrelatorẽ Doctores Regij Consilij, & cõclusio-
ne inde facta, seu secuta dictamq; conclusionẽ sequendo sua ex-
pellen tia pronuntiat, sententiat, & declarat in modũ sequentem.

Attento constat antiquitus fuisse in Ciuitate Barcinonæ in-
stitutam Confratriam dictam Marceriorum sub inuocatione
Sãcti Iuliani, & habuisse certa statuta, & ordinatione Regijs in-
dultis confirmatas, seu concessas, vti ex relatione Serenissimi, &
recolẽdæ memoriæ Regis Ioannis in priuilegio, de quo in pro-
cessibus constat facta constat cuius data est Barcinonæ sub die
vigesima Decembris anni millesimi quadringentesimi septua-
gesimi secundi, & ex tenore eiusdem priuilegij cõstat, quod sub
dicto officio merceriorum comprehendebantur, & intellige-
bantur, tiraterij, guanterij, boſserij, corrigetij, sinterij, naiperij,
& ca-

& capellerij, cōstat etiam ex pluribus actis in processu antiquo productis cum ordinem in regimine dictæ Confratriæ obseruari assuetum, quod stitisset quolibet anno per Consiliarios præsentis Ciuitatis ex burfis dictis *de la Confraria de Sancti Iulii* extrahebantur quatuor proceres ex officijs supra designatis sub dicta Confraria comprehensis, pro vt fors cuiq; contingebat, & consequenter deputabantur duodecim personæ pro decernendis negotijs dictæ Confratriæ eo anno cōtingentibus, nec non, & duo auditores compotorum, ac etiam quatuor ælemosinarij etiam pro ex dictis officijs supra designatis, ac etiam iuxta dispositionem dicti priuilegij Regis Ioannis dat. vigesima Decembris millesimi quadringentesimi septuagesimi secundi deputabantur pro examine faciendo de personis, quæ uellent in dictis officijs examinari pro singulis officijs singuli duo examinatores scilicet pro examinandis admitti uolentibus ad officium de merces duos mercerios, ad officium de guantes, bosses, & tirates alios duos mercerios, ad officium de adobados alios duos mercerios, ad officiũ de capellers duos capellarios, ad officium de corregers duos corrigiarios, ad officium de soquer vnum soquer, ad officium de cinters duos cinterios, ad officium de pentiners duos pentinerios, ad officium de nayper duos nayperios, & constat in examine habendo de personis, quæ ad prædicta officia, & eorum aliquod admitti uolebant eũ ordinem fuisse obseruatum, quod scilicet congregatis in domo vnius ex proceribus eisdem proceribus, & seu duobus, vel tribus ex eis, & examinadoribus pro eo anno deputatis iuxta qualitates officij, de quo fiebat examen, recognitis hijs, quæ per examinandum in eo officio per ipsum fabricata, & facta proponebantur si repertebatur habilis ex relatione examinerum talis sic examinatus admittebatur ad cursandi officiũ exercendum. Et cōstat etiam de tempore ante annum millesimũ quingentesimum quadragessimũ octauum omnes passamanerios qui erant, & fuerant in Ciuitate Barcinonę fuisse de dicta Confratria, & solitos examinari iuxta formam prædictam, & eius officij examinatores tunc fuisse mercerios vti ex pluribus actibus examinum eorum, qui ad officium de passamanes exami-

nabantur dicto tempore ante annum 1548. constat, constat etiã dicto tempore ante annum 1548. tam ex tenore dicti priuilegij Regis Ioannis dat. Barcinonæ 20. Decembris 1472. quàm aliàs ex obseruantia de eo probata pœnas sine banna, quę committentur, & in quã incidebant Confratres dictæ Confratriæ ministris officij ex supra designatis esse solita exegi, & exequi per proceres dictę Confratriæ, vel alterum ex eis cū aliquo Regio officiali, cõstat deindè sub die vigesima sexta Septembris anni millesimi quingentesimi quadragesimi octauis ex licetia vt prefertur obtenta à Regente Vicariã Barcinonæ fuisse congressos seorsum ab alijs Confratribus dictæ Confratriæ dels Iulians in quodam orto scito in vico vulgo dicto *lo torrent de lunqueres* decem, & septẽ passamanerios, & per eos fuisse deputatos Geraldum Garriga, Ruiz Dies, Didacum Garcia, & Franciscum Canals ad concordandum ordinationes Reipublicæ, & dicto officio passamaneriorum conferentes, & illas à Cõsiliarijs præsentis Ciuitatis, & etiam à dño Rege obtinendũ, & quod prædicta laudarunt, & tenere promiserunt Iacobus Degres, Franciscus Marti, & Didacus Ortis passamanerij, ex quo etiã resultat dictos viginti passamanerios, qui reperiabantur in præsentis Ciuitate fuisse tũc de dicta Confratria S. Iuliani, & examinatos iuxta vsũ, & obseruantia supra relatam, constat etiam dictos passamanerios concordatle, & à Cõsiliarijs præsentis Ciuitatis obtinuisse quasdam ordinationes quindecim capitula cõtinẽtes die vigesima quarta Septembris anni 1548. ad ipsos passamanerios pertinentes, quos constat deinde fuisse confirmatas Regio priuilegio per Regiam Magestatem tunc eius Principatus, & Regni Serenissimũ Principem concessio dat. in villa de Quadaques tertio Nouembris anni millesimi quingentesimi quadragesimi octauis; & constat per sombrarerios, siue capellans præsentis Ciuitatis dictũ priuilegium fuisse impugnatum allegãdo illud surreptitiæ, & obreptitiæ obtentũ, & illud, & ordinationes per Cõsiliarios factas debere reuocari, & aliàs pro vt latius in supplicatione oblata decima quarta dicti mensis Nouembris 1548. & in processu inde actitato continetur, & constat dictam litem ceptã ad supplicationem dictorum sombrareriorum, seu capella-

capellariorū diu fuisse continuatam, & profecutam etiam cum proceribus dictę Confratrię dels Iulians ad dictā causam vocatis vigore prouisionis factę decima Decēbris dicti anni 1548. in qua causa constat fuisse reuocata tanquam attentata omniaq; pendente lite super validitate dicti priuilegij fuerunt facta pro dicti priuilegij obseruantia, & executione, & signantēr ordinationes factas per Consiliarios dictę Ciuitatis separādo officiū passamaneriorum á Cōfratria Sancti Iuliani, & dictis passamanerij institutionem nouę Confratrię cōcedendo sub data diei septimi Octobris anni millesimi quingentesimi sexagesimi septimi inter dictos passamanerios ex vna, & mercerios, bossarios, cinterios, corrigiaros, & sombrareros ex altera fuisse in itā trāfactionem, & concordiam per quam fuit recessum à dicta lite, quam constat deinde fuisse approbatam per codicillarios, & Consilium dictum de trenta præsentis Ciuitatis statuendo, & ordinando contenta, & conuenta in dicta concordia reseruata sibi facultate interpretandi, corrigendi, emendandi, addendi, & circa ea de nouo ordinando, quę fuerunt acta vndecima Iulij dicti anni 1567. postquam transactionem, & concordiam constat dictos passamanerios obtulisse, seu pro eorum parte fuisse oblatam querelam in Curia Vicarij Barcinonę die septima Decembris anni 1568. qua deducunt ex tenore dicti, & supra calendati priuilegij obtenti 3. Nouembris 1548. plura esse prohibita hominibus dictę Confratrię dels Iulians, ex quo petunt declarari, & contrafacientes in hiberi, quo minus faciant res cum dicto priuilegio prohibitas, & quas licet facere dictis passamanerij iuxta tenorem dicti priuilegij, & aliās, pro vt in dicta querela continetur; constat etiam proceres dictę Cōfratrię dels Iulians obtulisse supplicationem in Regio Consilio criminali die nona dictorum mensis, & anni, qua petunt inquiri, & procedi contra dictos passamanerios eoque contra tenorem priuilegiorum antiquorum, & vsus, & obseruantię quouſque obseruatę ipsi propria auctoritate nullo ex proceribus dictę Confratrię vocato, nec assistente an si sunt ingre, & accedere ad domos dictorum mercerios, & illas scrutari, seu in

in illis scrutinium facere, & pignorare, & alias, pro vt in dicta supplicatione ad quam fit relatio continetur; & ex testium depositionibus in dicta informatione per Regium Consilium receptorum constat scrutinia, & pignorationes prædictas facta, & factas fuisse dicta die septima Decembris 1568. Constat etiã ex deliberatione in causa contentions iurisdictionis inter Cõsiliũ criminale, & Consiliũ causarum ciuiliũ iuxta formam constitutionis facta die vigesima quinta Februarij anni millesimi quingentesimi sexagesimi noni ad dictam Regiã Audientiam causarum ciuiliũ fuisse remissam cognitionem super viribus, & obseruantia Regiorum priuilegiorum ipsis respectiue concessorum modo, & forma procedendi, & facultatis pignorandi in vim dictorum priuilegiorum; & constat in præsentĩ causa passamanerios, tam ex deductis in querela, quàm in articulis per eos oblatis, & denique supplicatione oblata 5. Octobris dicti anni 1569. contendere in vim dictæ transactionis, & concordia initer inter ipsos ex vna, & alios Confratres dictæ Confratriæ de Sanct Iuliã ex altera dicta die 20. Iunij 1568. & priuilegij eisdem concessi dicta die 3. Nouembris 1548 licere visoribus, & examinadoribus dicti officij passamaneriorum nullo ex proceribus dictæ Confratrię vocato, vel requisito cum officialibus designatis in dicto priuilegio exequi contra omnes Confratres dictæ Confratriæ Sancti Iuliani pœnas, seu banna ad eorum cognitionem iuxta tenorem dicti priuilegij, nec non etiam contendunt debere declarari nullatenus licere mercerijs, vel alij qui non sunt examinati de officio dictorũ passamaneriorum venales habere res aliquas, quæ dicuntur esse de officio eorundem passamaneriorum præter bursas, sive bolsas, & denique omnia ordinata in dicto priuilegio debere seruari, & alias pro vt in processu latius deducitur proceribus Cõfratriæ Sancti Iuliani contrarium prætententibus, attento constat nihil fuisse per dictas partes, nec aliquam earum deductam propter quod à dicta concordia, & conuentis, & concordatis in ea sit recedendum; attento etiam cum dicta concordia, & sic ille, quæ fuerunt factæ in dicto anno 1548. & cum dicto priuilegio confirmatæ haberentur pro reuocatis eatenus quatenus essent

con-

contrarie contentis, & concordatis cum dicta concordia; constat etiam in secundo capitulo dictæ concordia dictas partes concordasse ad tollendam omnem viam litigij, & ne daretur occasio institutum similibus litigijs quod officium passamaneriorum esset vnitum interpositum, & consolidatum pro vt dictæ partes illud vniebant, incorporabant, & consolidabant cum dicta Confratria dels Iulians, pro vt erant ante publicationem præcalendarum ordinationum vniti incorporati, & consolidati non obstantibus dictis, & alijs quibuscunque ordinationibus, & alijs actis contrarium disponentibus, attento dicta vnio incorporatio, & consolidatio ita generalis, & citra aliquam exceptionem, vel declarationem, & cum derogatione ordinationum quæ illi obesse possent; importat dictos passamanerios ad dictam Confratriam restitutos, & reintegratos illi ordini, & regimini qui antiquitus ante dictum annum 1548. Confratribus dictæ Confratriæ, & etiam dictis passamanerijs communis erat subesse, & sic ipsos exequo atque cæteros debere habere proceres dictæ Confratriæ superiores, & in executionibus bannorum, & pœnarum illum antiquum morem etiam vigore Regionum priuilegiorum ante dictum annum 1548. obseruatum, debere obseruari cum alias in eo resultaret dicta vnio dissimilis ab ea forma sub qua ante dictum annum 1548. dicti passamanerij erant in Confratria Sancti Iuliani vniti, & alias vniuersitates, & in equalitas inter eos quatenus cum dicta concordia maxime vitare voluisse viderunt, maxime quia nihil prohibet quin simul cum proceres, vel proceribus qui iuxta morem antiquum assistebant similibus executionibus, etiam adsint visores, seu examinatores passamaneriorum salva semper præheminentia, & superioritate procerum, attento quoque capitulum dictæ concordia tertium quo permittitur mercerijs tenere bursas venales, & idem licet bosserijs, & amplius, quod dicti bosserij eas licite facere possint non importat prohibitionem in præiudicium merceriorum quominus pro vt antea soliti erant teneant venales alias merces etiam de his quæ pertinent ad officium passamaneriorum. Et capitulum duodecimum ex ordinationibus factis in dicto anno 1548. & Regio pri-

privilegio confirmatis quo prohibetur ne quis publice, vel occulte teneat botigiam, nec operetur de dicto officio, nec aliquid pro se, vel ad vendendum nisi fuerit examinatus maxime si attendantur meritis dictæ ordinationis nihil importat aduersus mercerios, qui nec tenent botigiam de dicto officio, nec operantur de dicto officio quominus possint habere merces venales etiam de his, quæ pertinent ad officium, attento maxime quia publica interest artifices officij passamaneriorum pto vt, & aliarum artium, seu officiorum in Ciuitate Barcinonæ non sustineri nisi habiles, & examine de eorum habilitate præcedente admissos, & qui cartam habeant in fabricandis hijs quæ sunt eius officij legem, ne quis ad emendum ab eis accedens, & admissos, & probatos artifices videns sub illa publica admissione, & approbatione citra pœnam, ab eis decipiatur, & nihilominus tam ex eo, quam in Cathalonia per constitutiones liberum est commercium, & omnis via per quam inducitur gabella, seu monopodium in mercibus est prohibita, quam ex eo, quod eiusmodi mercerij quas lex venalitarios appellat plurimum conferunt Reipublicæ, cum per eos omnia que per suos peculiare artifices fiunt, in præsentî Ciuitate, aut alibi fabricata vendantur, ex quo damno omnis fraus absit, & pro talibus qualia sunt venalia proponantur moderat pretijs res venales habentur. Hijs, & alijs meritis processuum attentis sua Excellentia dictam sequendo conclusionem in Regia Audientia factam pronuntiat, sententiat, & declarat in omnibus, & per omnia transactionem, & concordiam inter dictas partes firmatam dicta die 20. Iunij 1567. seruandam esse, & quod in vim dictæ concordiæ, & alias pœne, & banna si que occurrant exequenda ad instantiam dictorum passamaneriorum, & pro concernentibus eorum officium fiant eiusmodi executiones assistentibus proceribus, seu altero eorum Confratriæ dels Iulians cum aliquo officiali Regio per visores, seu examinatores officij passamaneriorum nouerint aliquid per quemquam fieri, vel teneri in fraudem dicti officij contra ordinationes, requirant dictos proceres, seu alterum eorum quatenus accedant ad exequendam personam designandam, seu res quæ apud eam
erunt,

erunt, citra notificationem personæ vsque ad actam dictæ executionis, & si facta dicta requisitione dictis proceribus, vel alterij ex eis ipsi proceres, seu ille qui fuerit requisitus recusaerit, seu distulerit exequi possint dicti visores, & examinatores adhibito officiali Regio dictam executionem facere, seu fieri facere, & etiam deficiente instantia dictorum visorum possint proceres si constat de fraude dictam executionem facere, & quod de prædictis, quæ pertinent ad dictum officium passamanerorum, an in eis fuerit commissa fraus nec recognitio fiat per dictos proceres iuxta votum, & deliberationem dictorum visorum, & examinerum dicti officij, & non alias, & quod pœne, & banna applicentur, & distribuantur iuxta tenorem ordinationum factarum dicta die 24. Septembris 1548. confirmatarum cum dicto priuilegio dato dicta die 3. Nouembris eiusdem anni 1548. ac etiam declarato licere dictis mercerijis sine venalitarijs habere etiam expositas venales omnes res cuiuscunque generis sint pertinentes ad officium dictorum passamanerorum dum tamen ille si fuerint fabricate in Ciuitate Barcinonæ sint fabricatæ, & factæ per eos, quibus liceat citra pœnas prædicta intus Ciuitatem præsentem Barcinonæ fabricatæ, & si fuerint fabricatæ extra Ciuitatem vendantur pro talibus qualia sunt, & quod per proceres dictæ Confratriæ prædicta signentur apud dictos mercerios ad votum dictorum visorum, & examinerum dicti officij passamanerorum scilicet falsa pro falsis, & alia secundum eorum bonitatem taliter quod emere volentes intelligere valeant qualitatem rei quæ emere intendunt, & quod hoc fiat per dictos proceres quando per dictos visores, & examinatores fuerint requisiti, & ipsis renitentibus per ipsos visores adhibito secum aliquo Regio officiali, & pignora, seu alia procedimenta per dictas partes respectiuè facta contra tenorem huiusmodi Regiæ sententiæ reuocanda, & illis contra quos facta fuerunt pignora, & alia si que ab eis accepta fuerint restituenda fore esse sua Excellentia etiam declarat, ac cum præsentem illa reuocat, & restitui man-

mandat, & neutram partem in expensis iex causa condemnat, sed quod pro bistractis fiat executio.

Vt. Nagrell Relator.

Vt. Petrus Balle Conrelator.

Lata, & promulgata fuit huiusmodi sententia per Reuerendum Cancellarium Montaner, lecta verò, & publicata per me Bernardum Macip Regij mandati scribam, in quadam camera domorum Archidiaconatus maioris Ecclesie Barcinonæ die ad prædictam proferendam sententiam partibus assignat. intitulata quinta Decembris millesimo quingentesimo septuagesimo quinto instantibus, & Antonio Robinat, & Francisco Costa procuratoribus nominibus, quibus in processu præsentibusque pro testibus Dionisio Michaeli Peres Regio scriba petitionerio, ac Ioanne Iosepho Augusti not. & alijs pluribus.